



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXIII. Nunq[ui]d, qui legitima caussa impeditus, non co[m]municauit in
Paschate, teneatur postea ad Communicationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Et si recordetur, se in Confessione præcedenti oblitum fuisse aliquod peccatū mortale: non tenetur illo eodem anno iterum confiteri, sed differre potest in proximam Quadragesimam.

Nunquid qui legitima caussa impeditus non communicavit in Paschate, tenetur postea ad Communionem?

*Quæstio
XXIII.*

TRANsit quidem tempus Communioni ab Ecclesia præfixum, & determinatum; nihilominus tamen consulitur talibus, ut comunicent primo quoque tempore, etiam si vi præcepti Ecclesiæ, quod pro illo anno expiravit, planè non teneantur.

Responsio.

Tenetur ne homo de iure Divino, ante perceptionem Eucharistiæ confiteri?

*Quæstio
XXIII.*

Tenetur, si habeat copiam Confessoris, quemadmodum Concilium Tridentinum his verbis definiuit: Ne tantum Sacramentum indignè, atque idè in mortem, & condemnationem, sumatur; statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunq; etiam se contritos existiment, habita

*Responsio.
Conc. Trident. Sess.
13. can. 11.*